


# Miserere mei

Cecília (1939), c. 41, p. 52

♩=132



Miserére **me** - i, **De** - us, \* secúndum magnam  
Et secúndum - mise - ri - **cór**-diam **tu** - am.  
multitúdinem miserati **ó**-num tu - **á** - rum, \* dele ini - qui - **tá** - tem **me** - am.

3. Amplius lava me ab iniquitáte **mea**: \* et a peccáto **meo munda** me.
4. Quóniam iniquitátem meam **ego cognó**scó: \* et peccátum meum *contra* **me** est **semper**.
5. Tibi soli peccávi, et malum **coram** te **feci**: \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas *cum* **judicáris**.
6. Ecce enim in iniquitátibus **concéptus** sum: \* et in peccátis concépit *me* **mater mea**.
7. Ecce enim veritátem **dilexísti**: \* incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ **manifestásti mihi**.
8. Aspérges me hyssópo, **et mundábor**: \* lavábis me, et super *nivem* **dealbábor**.
9. Audítui meo dabis gáudium **et lætítiam**: \* et exsultábunt ossa *humiliáta*.
10. Avérte fáciem tuam a peccátis **meis**: \* et omnes iniquitátes **meas dele**.
11. Cor mundum crea **in** me, **Deus**: \* et spíritum rectum ínnova in viscéribus **meis**.
12. Ne projicias me a **fácie tua**: \* et spíritum sanctum tuum *ne áuferas* **a** me.
13. Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: \* et spírítu *principáli* **confírma** me.
14. Docébo iníquos **vias tuas**: \* et ímpii ad *te* **converténtur**.
15. Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis **meæ** : \* et exsultábit lingua mea *justítiam* **tuam**.
16. Dómine, lábia **mea apéries**: \* et os meum annuntiábit **laudem tuam**.
17. Quóniam si volúisses sacrificium, **dedíssem útique**: \* holocáustis *non* **delectáberis**.
18. Sacríficium Deo spíritus **contribulátus**: \* cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.
19. Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tua Sion**: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.
20. Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes, et **holocáusta**: \* tunc impónent super altáre **tuum vítulos**.
21. Glória **Patri**, et **Fílio**, \* et *Spirítui* **Sancto**.
22. Sicut erat in princípío, et **nunc**, et **semper**, \* et in *sæcula sæculórum*. Amen.

*Se é cantado pelos defuntos:*

21. Réquiem aetérnam \* dona eis, Dómine.
22. Et lux perpétua \* *lúceat* eis.